

Nikolaus Wilhelm Schroeder

**Joh. Adolp. Hartmanni Hist. Et Eloq. Prof. P. O. Programma, Quo Magnificum
Dominum Pro-Rectorem, Illustrissimos S. R. I. Comites, Wieda-Runckeliensem Et
Burgravium Kirchbergensem, Comitem Sayna-Wittgensteinensem, ... Academiae
Patres, Proceres Et Cives Invitat, Ut ... Splendidissima Corona Exornare
Dignentur Orationem Inauguralem, Qua ... D. Nic. Guil. Schroederus,
Marburgensis Hassus, De Libertatis Divinae Ad Alia Ejus Attributa Relatione,
Religiosissime Et Facundissime Disseret, Die VIII. Maii, Anno R. S. C. MDCCXLIII.**


...

Marburgi: Typis Philippi Casimiri Mülleri, [1743?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218004X>

Druck Freier  Zugang





69

280

Fa-1092 (69)



Christoph. Fran. Walchius de nomine
sive dei in monumentis Christianis

Joh. Fried. Wender de constitutione
vulgaris necessaria conuertenda

Georg. Christoph. Delhardung de spiritu
sancto paraclito Joh. XIV. 16.

Joh. du. Pengerken oratio in perico-
pam epistolae 1. Petri. Catalogus Anst. Jul. 11-12

Jo. Jac. Quistorpius de Quakerorum Chi-
stianitate in nobis naturalitate

Joh. Jo. Gurr. Knittel de sensu morali spi-
ritus sancti officina

Clasp. Fried. Lange de eo unde lacrimae
testimoniorum atque defectus in har-

monia sanctorum et profanorum scri-
pturam veterae et memorial Christi infer-

Jo. Henr. Grolbaber quaestione Theo-
logica etiam Joannes Baptista Maria et

visus Christi fuerunt baptizati
quare Christus non baptizaret et quomodo

nudo circa Baptismum invalidum
et dubium sit versandum

Christ. Wlth. Schneiderus de Theologiae
revelatae partibus ac speciebus etiam

de scripturis veteris Testamenti super
variorum auctoritate capituli regium

Evangelio Joannis
veterum scripturarum eiusdem aucto-
ritatis de historia ecclesiae ad alteram

non ad alteram ad Joh. VIII. 1-11

Joach. Ehrenfried Pfeiffer decessit
decessit mortis Christi voluntatem expi-
atorem et meritoriam reliqua exanimi-
tatis facti non adimens

Joach. Ehrenfried Pfeiffer decessit
mortis Christi virtutem expiatorem
exanimi Christi usqueaque salutem
nostram promerens

Fried. Benz. Gantzsch de ecclesia
de qua Theologia moralis est tradenda

Erastrum Samuel Efferwein de pretio
Ministeria reprobatorum

Jo. Steph. Mulleri Christus per ipsum
Socinianorum placita Deus

Joh. Christoph. Koeckeri pontificum
purgatorum scripturam precibus extenuis

Ern. Frid. Wernsdorffus de originibus
sollemnibus natalis Christi ex festi-
vitate natalis univ. ^{Fructus}

Academiae Georgae Augustae de
antiquo Baptismi Paschatis sollemni

G. G. Zeltner de eruditione regere
Iudaea per frankensam docente

Benz. Leopoldi initia religionis
Christianae in Silesia ante illud
primum tempora

Jo. Dan. Herlmanni Oratio de commercio
litterarum iudicis ad
philosophiam redundantibus

Jo. Lud. Schaafii Historia innocen-
tiae dei patris in nomine filii sui Iesu
Christi

Christi

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22

- 33) Mich Henr Reinhardi historia consolat-
 tionis tetrapolitanae
- 34) Jo Fridr Wnckleri de eius quare cruce
 festum Pentecostes sunt memorabilia.
- 35) Ellart Schulhe de Apollinore Cardine
 phi in morte Herodis Agrippae
 consensu Oct XII 19-23 et An Jul XIX 7
- 36) Golt Wernsdorffius de commerciorum
 angelorum cum filiabus hominum
- 37) Adrian Steger de infulis faeræ
 dignitatis insignibus
- 38) Jo Christoph Thann Braekiontiae Dei de-
 monstratio
- 39) Joh Franc Stabatius de differentia que
 inter mirabile et miraculum intercedit
- 40) Golt Linnck de libellis paucis
 veteris ecclesie eorumque ab insol-
 gentis pontificiorum de sermone
- 41) Joh Gunt Schroderus de libertate Deo
- 42) Joh Adolph Hartmanni programma
- 43) Ellart. Schmechel de fertatio quæ-
 sitionem an elector Saxonie Joannes
 cognomine Constant ante obitum recluso
 Lutherianorum coetu in pontificiorum
 castra transiuerit neque de se sentiens
- 44) Just Laurent Wagner de Synedris ^{P. 12} magno
- 45) Ill. Imman. Ernst Harvizi et Joedens
 defensio a barbaris et solocis suis
- 46) Georg. Goltfried. Kerzeli de membris
 sanctorum inter Christianos
- 47) Just Fried. Brerlingii de causis que
 Lutherum ad impugnandum insolentibus
 nec mouerunt

JOH. ADOLP. HARTMANNI
HIST. ET ELOQ. PROF. P. O.
PROGRAMMA,

QUO
MAGNIFICUM DOMINUM
PRO-RECTOREM,
ILLUSTRISSIMOS
S. R. I. COMITES,
WIEDA-RUNCKELIENSEM ET BURGRAVIUM
KIRCHBERGENSEM, COMITEM
SAYNA-WITTGENSTEINENSEM,
RELIQUOSQUE MAGNIFICOS, PERILLUSTRES,
PL. REVERENDOS, EXCELLENTISSIMOS,
GENEROSOS ET NOBILISSIMOS,
ACADEMIÆ
PATRES, PROCERES ET CIVES
INVITAT,
UT MAGNIFICA ILLUSTRÆ ET SPLENDIDISSIMA
CORONA EXORNARE DIGNENTUR
ORATIONEM INAUGURALEM,

QUA
PRÆNOBILISSIMUS ET DOCTISSIMUS HONORUM
PHILOSOPHORUM CANDIDATUS
D. NIC. GUIL. SCHROEDERUS,
MARBURGENSIS HASSUS,
DE
LIBERTATIS DIVINÆ AD ALIA EJUS ATTRIBUTA
RELATIONE, RELIGIOSISSIME ET
FACUNDISSIME DISSERTET,
DIE VIII. MAII, ANNO R. S. C. MDCCLXIII.
IN PHILOSOPHORUM ACROATERIO.

MARBURGI, TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI.

JOHANNES BAPTISTA
MORRILLI

PROFESSOR

2. R. COMITATUS

WEDNESDAY
MAY 18 1866

LIBRARY

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ANN ARBOR

D. MICHIGAN

LIBRARY

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ANN ARBOR



Q. F. F. Q. S.

Fuerit ea Veterum persuasio, *Virorum Heroium filios* noxas evadere; fuerit sententia illa illis antiquiorum temporum observatoribus indubia adeo, ut Demosthenes non erubuerit pronunciare: *a Viris egregiis, perinde quasi fato quodam id accidat, improbos generari filios.* In eandem abierit sententiam HOMERUS, dum *Odyss. I. canit:*

æquat rara patrem soboles, sed plurimi ab illis degenerant, pauci superant probitate parentem.


Enumeret etiam SPARTIANUS in *Severo* multos a parentum dotibus omnino alienos, deploretque, id usu venisse plerumque, ut Viri, seu virtute, seu literis, seu fortunæ indulgentia insignes, aut nullos omnino liberos, aut tales reliquerint, ut magis ex usu rerum humanarum fuisset, eosdem absque omnibus omnino liberis decedere. Accidat quandoque nostris etiam temporibus, ut illi, quibus fortuna, amicae an inimica sit existimanda dubitari posset, eos indulsit natales, qui felicissimos inter multis possent nominibus numerari, a Majorum gloria, virtutibus, eruditione, imò omnigenæ laudis discedant argumento; & bellicam illorum gloriam ignavia turpi, eruditionem Parentum solidam fœda ignorantia, virtutes Avorum solidissimas gloriosissimasque infandis obscurant flagitiis sceleribusque quasi contaminent; est nihilominus, quod, ut alia nunc omittamus loca, Marburgo & Almæ huic Virtutum, Scientiarum omnisque decoris sedi merito exultantesque gratulemur, id & olim & nostra etiam

X 2

æta.

26
27
38
40
41

etate hic quam frequentissime observatum, quod Heroum Filii
 non tam noxæ, quam Parentum suorum decora & sanguinis sui
 ornamenta multo illustrissima fuerint appellandi. Aluit olim
 Academia hæc JUSTUM VULTEJUM, insigne Ordinis
 Theologici & Pædagogii Decus, quem is post se nominis
 laudisque reliquit hæredem HERMANNUM VULTE-
 JUM, tantum abest, ut a Paterna is laude deflexerit, ut
 quam plurimis ipse Gloriæ verissimæ accessionibus eandem
 auxerit & amplificarit, imo eos Hassiæ reliquerit liberos, quos
 & Justitiæ sacerdotes in JOHANNE CHRISTOPHORO
 suspexere Castellæ, & in JOHANNE ipsi Tractatus Pacis
 Westphalicæ sunt admirati Ministros vere consummatos, qui
 Vtriusque fuerint Filii, qui sint Nepotes & patres nostri no-
 runt & nos ipsi non sine multa cernimus approbatione. Ab
 anno 1594. Nostram hanc ornavit Academiam Vir Consul-
 tissimus, JOHANNES GOEDDÆUS J. U. D. & Professor
 Celeberrimus, verum anno 1632 moriens eum Reliquit Fi-
 lium JOHANNEM, qui Dicasterium Principale Castellæ
 illustraret Jctus Excellentissimus, ex hoc illos suscepturus Ne-
 potes, qui Majorum decora non redderent tantum, sed illu-
 striora etiam repræsentarent, alterum eaim illorum, NICO-
 LAUM WILHELMUM, HASSIA suspexit Serenissimi Prin-
 cipis & Domini Consiliarium Sanctiorem & Cancellarium,
 Alterum, JOHANNEM, Academia nostra venerata est
 J. U. D. & Professorem Famigeratissimum. Venerata est
 Hassia nostra HOMBERGIOS, rerum agendarum dexteri-
 rate Principibus suis Desideratissimos, in administranda justiti-
 a sanctissimos; verum & Illustri in hac Gente non defecere
 ii, qui Majorum decora laudesque suis non modo dotibus re-
 stituerunt Hassiæ, sed ejus auctas etiam illustrioresque com-
 muni reddiderunt admirationi. Testis Illustris & Magnificus
 Academiæ Nostræ Procancellarius & Juris Antecessor con-
 summatissimus JOHANNES FRIDERICUS HOM-
 BERGK zu Bach, testes Juris Consulti hujus Excellentissi-
 mi Filii, quorum Alterum Castellæ admirantur indefessum
 integerrimumque Juris sacerdotem, Alterum Academia No-
 stra



stra illustria inter reliqua decora sua sibi nuper quam Clementissime adjunctum merito exultat gratulaturque, quod in Eodem non Excellentissima modo Hombergiorum de Rep. merita, sed Avorum etiam Maternorum, Gæddæorum, Kornmannorum, Wolfiorum aliorumque decora, tot jam lustris illustrissima, sibi illustriora reddenda sperat merito, imo quam certissime expectet. Et vero si justissima hæc Academia hujus, in hoc quam felicissimæ, quod similes Majoribus & videat & educet Nepotes, sibi ipsi gratulandi abessent argumenta, si non adessent DUISINGII, TILEMANNI compluresque alii, vel Is Ipse, cujus causa hæc scribimus, Prænobilissimus Doctissimusque Honorum Philosophicorum Candidatus, novo nos edocet argumento, a vero quam longissime discedere illud, quod Heroum filios noxas esse asseruit; verissimum vero illud, quo, a proprio stipite haud procul poma cadere, solemus affirmare. Est ille D. NICOLAUS GUILIELMUS SCHROEDER, quem Marburgum, imo Academia hæc, Anno 1721. die xxii. Augusti natum, non suis tantum excepit ulnis, sed amoribus est complexa tenerrimis, quod quam justissime consideret, non Paterni Nominis noxam labemque, sed Paternarum Avitarumque laudum hæredem quam certissimum a Numine Clementissimo suis etiam concedi commodis ornamentoque. Nec vero Nostras fefellit spes, sed quam longissime superavit. Gratulamur nobis merito, Virum Pl. Reverendum, Amplissimum Clarissimumque, D. JOHANNEM JOACHIMUM SCHROEDERUM, Academiae Nostræ commodis, flori & celebritati esse ab anno 1711. concessum; Amarunt, imo suspexerunt omnes in Viro hoc & *Linguarum SS. & Orientalium Professore* Celeberrimo illustrem illam Linguarum omnium Orientalium cognitionem, scriptis solidissimis declaratam, indefesso alios docendi labore frequentissimis Auditoribus communicatam; celebrarunt omnes in Eodem, *Historiæ Ecclesiasticæ Doctore*, consummatam illam omnis historiæ sanctioris cognitionem; laudamus omnes merito in Eodem, *SS. Theologiæ Professore Extraordinario*, castissimam illam Theologiae

36

37

38


39

40

41

logiæ purioris scientiam, collegiis Didacticis, Elencticis aliisque universis testatissimam. At, ut Pl. Reverendum Patrem non redderet modo, sed &, si fieri posset, superaret & antecederet, unice elaboravit filius, Tanti Patris Ornamentum multo jucundissimum. Ab ipsa Matre, Prænobilissima omnibusque sexus sui dotibus Spectatissima Matrona, D. MARIA AMELIA, videbat in suas derivatum venas sanguinem Viri superiori seculo non modo hac in Academia Celeberrimi Philosophiæque Professoris Acurissimi, D. NICOLAI BERTHOLDI, sed & Filii Opatissimi, Viri Pl. Reverendi & Clarissimi D. SALOMONIS BERTHOLDI, AA. LL. & Phil. Magistri & SS. Theol. Licentiati, Pastoris apud Ziegenhaynenses Primarii, ejusdemque Diœceseos, dum viveret, Metropolitanæ dignissimi; videbat ab Eadem D. Matre, Viri Pl. Reverendi Amplissimi Gravissimisque D. PHIL. OTTONIS VIETORIS, Primarii Ecclesiastæ Aulici, & Cassellanæ diœcesios Superintendentis & Consiliarii Ecclesiastici ex Filia Nepte, sibi, quam imitaretur, consummatissimi hujus Theologi & aliorum Majorum imaginem esse propositam, sibi que eo contendendum, ut a Tantorum Avorum vestigiis non modo non recederet, sed & ipsa, quæ ab ipsis expressa vidit, suo conatu & assiduitate, si fieri posset, superaret. Nec vero ab hac veritate, suis constanter oculis proposita, vel hilum unquam discessit Candidatus Noster multo Laudatissimus. Potius ab ipsis primæ pueritiæ annis, Præunte Pl. Reverendi Patris, Domini & Collegæ Nostri conjunctissimi, sollicita vigilantia, adlaborante constantissima Præceptorum Domesticorum, eorumque & Doctissimorum & Fidelissimorum, industria, ita in propaideuticis ductus est studiis, ut jam anno 1730, jam tum superante ætatem eruditione, dignus fuerit existimatus, qui Civium Academicorum albo infereretur. Ab eo tempore, quem puer inceperat, Linguarum SS. & Orientalium cultum non indefessus modo constantissimusque profecutus est, & sub Pl. Rdo Parente Historiam Ecclesiasticam Antiquitatesque sacras cum linguarum copulavit cultura; sed & illam Nobis in excolenda Eloquen-

tia



tia Romana, in Historia Civili cognoscendisque Romano-
rum Antiquitatibus probavit assiduitatem, eos testatus est
progressus, quibus majores ab illa aetate vix poterant exspe-
ctari. Ut Mathefin omnemque Philosophiam rationalem
combiberet, Illustris WOLFII, tum Nostri, Lectiones con-
stans invisit; in Theologia Revelata quam solidissime condi-
scenda assiduus pependit ab ore Virorum Pl. Reverendorum,
Amplissimorum Gravisimorumque, Beati nunc JOHAN-
NIS CHRISTIANI KIRCHMEJERI & D. JOHANNIS
SIGISMUNDI KIRCHMEJERI, uti & privata Pl. Rev.
FRANC. ULRICI RIESII conversatione; eosque Viris hisce
probavit in Sacra hac Scientia progressus, quos ab ipsa convicti
veritate & commendarunt haectenus, & deinde commenda-
bunt. Hos inter multiplices gravissimosque labores Aca-
demicos commendandus a nobis Candidatus Noster pri-
varam Linguarum Orientalium culturam nequaquam sepo-
suit, sed horis ab ordinario labore vacuis totum sese illis im-
pendit. In bibliotheca Paterna, istiusmodi scriptis illustri,
reperiebat Noster Codicem MSS. duplicem, in quo Penta-
teuchus in linguam translatus Turcicam continebatur, hunc
Ipse, animum a graviore recreaturus labore, in Linguam La-
tinam ita sumpsit convertendum, ut necessarias, easque ex Lingua
Arabica Persicaque petitas, notas eidem subjiceret. Dignus Lin-
guarum istarum peritis visus est conatus hic, qui cum Orbe
Literato communicaretur. Suscipiebat Noster anno 1739.
Literarium in Saxoniam iter, salutatisque in diversis Saxoniae
Academiis Viris omni eruditione Celeberrimis, cum aliquo
tempore in Academia Lipsiensi moraretur, eo in loco edidit
*Quatuor Prima Capita Geneseos Turcice & Latine, ex gemino
Pentateuchi Mosaiici MSS. Codice Turcico eruta, latine versa
notulisque adpersa, eoque ipso specimine Virorum, nostra
aetate ob Linguarum Orientalium peritiam plane Celeberrimo-
rum, summe Reverendi & Clarissimi D. ALBERTI
SHULTENS, SS. Th. Doct. & in Illustri Academia Lug-
dunensi LL. Orient. Professoris, uti & Clarissimi Doctissi-
mique D. JOHANNIS CHRISTIANI CLODII, in Illu-
stri*


36

37

38

40

41





ftri Lipsiensium Academia Professoris, commendationem favoreque meritis est singularem. In Reditu non minora præbuit solidissimæ in Linguis Orientalibus eruditionis documenta, dum ea, quæ in Principalibus nonnullis Bibliothecis prostabant Manuscripta, Orientalibus descripta Linguis, Noster non legit tantum, sed, eorum titulis etiam & argumentis, accedentium notitiæ & usibus illa effecit paratiora. Ita nostræ redditus Academiæ & illa Parentum Majorumque legit vestigia, dum alios, eruditionis sanctioris appetentiores, sua Ipse eruditione non sine laude propria effecit eruditiores, Dignissimus sane, qui alios Docentium numero non sine omnium commendatione deinde adscribatur. Ut & hac in re nihil a se pateretur desiderari, Nupera die III. Maji eruditam & a se ipso conscriptam DE LIBERTATE DEI Disputationem Inauguralem non generose tantum laudateque defendit, sed, quo totam de sublimi hac materia exhauriat publiceque proponat veritatem, in Cathedram etiam Oratoriam prodire nullus dubitavit; Aget Prænobilissimus Dominus Candidatus id ipsum proxima Mercurii, die VIII. mensis Maji, & Oratione inaugurali, DE LIBERTATIS DIVINÆ AD ALIA EJUS ATTRIBUTA RELATIONE, & religiosissime disseret & facundissime. Quem actum solemnem ut Magnificus Dominus Academiæ Prorektor, Illustrissimi S. R. I. Comites Więda - Runckeliensis, Burggravius Kirchengensis & Comes Sayna - Wittgensteinensis, Reliquique Magnifici, Perillustres, Pl. Reverendi, Consultissimi, Experientissimi, Amplissimi, Generosi & Nobilissimi Academiæ nostræ Patres, Proceres & Cives, Magnifica, Illustrissima & Splendidissima Præsentia, Solemniorem efficere dignentur, est, quod debita cum submissione, observantia & humanitate etiam atque etiam rogemus, imo obtestemur. PP. Marburgi Cattorum, A. R. S. H.

MDCC XLIII. die V. Maji.



Mon XXX





ORTE HEROD. AGRIPPAE CONSENSV. XIII

summa est vtriusque consensus; sed ad acclaus causam, quam Iosephus a vestimenti regii adne ducit, Lucas autem orationis dignitate motetur indicare.

Nam Lucas quidem, concioclamatum, dicit: Dei vocem illam esse, non

Iosephus autem, Herodem, tradit, veste n, ex argento, admirabili opere, contexta, in n, primo diluculo, venisse: Ibi, cum solis

radiis percussa vestis admirabilem omniumque praestinguentem splendorem ederet, adulato-

omnibus partibus, Dei nomen ingessisse, venientes; quod nunc demum humana sorte maio-

noscant. Quid igitur ei rei faciemus? An,

causa percussum populum eas voces edidisse, singulasque singulis scriptoribus commemo-

Non est sane, neque a sensu populari alienum, illa re acclamationes tales excitatas, neque ab-

a consuetudine scriptorum, e pluribus causis, vim habentibus, commemorare potius eam,

nsilio cuiusque accommodatior sit, vel, quam ribus diuersis acceperint; si quidem etiam ean-

m aliis aliis locis assignare videmus, quae in vicinia gesta est, sine dissensus, suspicione:

id est, quod Praeses noster ad Xenophontemocrat. III. 5. obseruauit, de clade ab Athenienfi-

ce Tolmida accepta, quam Thucydides ad eam, Pausanias ad Haliartum, Xenophon

B 3

ad